

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Benedict Carpzov

**De Gigantibus Dissertatio Jo. Benedicti Carpzovi[i] : Pro Loco In Facultate Philosophica Obtinendo A.D. XIII. Kal. Novemb. MDCLX. Solenniter Habenda.**

Lipsiae: Bauerus, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788764829>

Druck Freier  Zugang





A - M  
A - G.  
A - G.  
A - H.  
A - M  
192 p.  
A - C.  
A - E.  
A - B.  
Fr. 109  
44 p.  
A - L.  
D - E.  
A - K.  
A - D.  
A - B.  
A - G.  
A - A.  
A - B.  
A - C.  
A - S.  
A - G.  
A - C.  
A - D.  
A - C.  
A - E.  
A - G.  
A - G.  
40 p.  
43 p.  
29 p.  
14 p.  
36 p.  
36 p.  
41 p.  
Fr. 40 p. 52 p.  
66 p.

84. 52 b. 5.



Fr. 40 p. 52 p.  
A - E.  
A - E.  
A - C.  
A - C.  
A - C.  
A - C.

Fr. 109 (84,)

<16.Jh. >









- In hoc  
TOMO XXIV. Sunt.
1. Io. Bened. Carpini Latin. Vindicta Doctrinae de Sacramentis.
  2. Bulae (pro l.) Clericis Errorum Papistorum de Sacram. Noe et Jes.
  3. Al. Georg Schmid (pro l.) de Simeone p̄mitt. ex Poetis postissimum.
  4. Jo. Ulrich Chayer (pro l.) De Imagine Dei & Homini primae concrata.
  5. Andreas Kühn (pro l.) de Universali gratia.
  6. Fridericus Holzmann (pro l.) de Symbolo Apostolico contra Calixthim.
  7. Balthasar Fridericus Salzmann (pro l.) De Processione Spiritus S.
  8. Jo. Fridericus Heilbrunner (pro l.) De Tractu Patris ad Filium. 90. IV. 44.
  9. Jo. Georg Dorschauer ad Ep. Iudee v. 5.
  10. Henricus Schmid (pro l.) De Cathedra Petri.
  11. Henricus Philippus Herwart de Raptu Pauli. Et sic.
  12. Opusculum Prog. Hulsemanno de Peccato in genere et in sp. de originali.
  13. Bernard Schmid De Cingua Ebreae.
  14. Michael pro. Neijnero. de Vita Salomonis curriculum.
  15. Balthasar Boecig de Physi N. Testamenti.
  16. Victor de Uriel et Thummim. 15. b. f. 2. 1. dr. Chemulin
  17. Michael Erbin Zanz de Dudaim.
  18. Franciscus Ghide Andisio ad Rom. VI. 1-2.
  19. Christianus Chemnitius de Peccato in Sp. s.
  20. Christianus Chemnitius de Tentatione & sensu et in existentia Dei.
  21. Idem de Fide Demonum.
  22. Ernestus Gerhardt de cholo legitimo propagandi fidem.
  23. - Idem de Salute infantum ante baptismū decadentium.
  24. - Idem de spiritu at. ad Nov. Test. Iohannum.
  25. Sebastianus Niemannii Fides Pontifex non Fides.
  26. Jo. Brissimus de via adventu frustra à Iudeis adhuc expatato.

27

27. Io. Tristinus de Iudaico Año Paschali. Exod. XII, 3 ff.  
 28. —. Idem de Angelo Fœderis.  
 29. —. Idem de Pontificum Obraconī Vestitulacō.  
 30. Io. Benedictus Carpzovius de Arca Fœderis.  
 31. —. Idem de Quaestione: Quosum Arca perrenuit.  
 32. —. Idem ad nummos Cornutum Alofene exhibentes.  
 33. —. Idem ad Majemon. Hitch. VII. N. xvi.  
 34. —. Idem de Gigantibus.  
 35. —. Idem de Creti et Pletti.  
 36. —. Evidem Versio Hitchot Thaanith Majemon.  
 37. Io. Andreas Bosig ad 2 Timothe. II, 22.  
 38. Christianus Korthold de Origine Philosoph. Barbarica.  
 39. Io. Faber Arsent. de Causa. Lectari.  
 40. Io. Pappi Quaest et Respon. de Ecclesia Catholica.  
 41. Jacobus Frareisen de Heresibus et Hereticis.  
 42. Io. Georgius Dorfshaus de unione & hypostatica. Colloq. 9.  
 43. Balthasar Raithii Specimen Collegii Biblici ex Obaadi.  
 44. Io. Wytachig de Punctis Hebraonī vtaib.  
 45. Io. Winkelmann de c Messia nostro Iesu Jer. xxiii. 3-8.  
 46. Jacobus Leonoldius Profide Frareisenis Flosculi Paganū dom.  
 47. Wilhelmus Lysenij Christic Patiens Gal. 4xiii.  
 48. Io. Conradi Durii Iudai In excusabili.  
 49. Io. Schmid de Resurrectione Christi orthus.  
 50. Wilhelmus Lysenij de Cadem.  
 51. Elie Schadai Theser de spiritu 5.

In  
 M. Jo. Philippo Sternio  
 Past. H. Heilbr. 1695.

34.

בשׁ הקבָּתְּ  
DE  
**GIGANTIBUS**  
DISSERTATIO  
JO. BENEDICTI CARPZQVI  
PRO LOCO  
IN FACULTATE PHILOSOPHICA OBTINENDO  
A.D. XIII. KAL. NOVEMB. 15 LX.  
SOLENNITER HABENDA.  
—  
LIPSIAE  
LITERIS Jo. BAUERI.

37.

4.

4.

4.

5.

4.

4.

**GIGANTIBUS**

DIESER TATTO

THEOLO  
CHAI

PRO EGO

IN ACCURSUS HINC DEDICATA

MA  
DOCTO

THEOLO  
CHAI

MA  
DOCTO

Do

10.

THEOLOGO. CELEBERRIMO. ET. DE. ECCLESIA.  
CHRISTI. AC. STUDIOSA. JUVENTUTE.  
MERITISSIMO.

MARTINO. GEIERO.  
DOCTORI. ET. PROFESS. IN. ACAD.  
LIPSIENSI. ORDINARIO. AD. DIVI.  
THOMÆ. PASTORI. VIGI-  
LANTISSIMO.

DOMINO. ET. ADFINI. LOCO. PATRIS.  
HABENDO.

JO. BENEDICTUS CARPZOV.  
ISTAM. DISSERTATIONEM. MEQUE.  
UNA. CONSECRO.

ETSI. ENIM. DIU. ANCEPS. HÆREBAM.  
LICERETNE. TAM. SPLENDIDUM. NOMEN.  
OBSCURIS. SCHEDIS. PRÆSCRIBERE. AU-  
SUS. SUM. TAMEN. UT. MEAM. TIBI. OBE-  
DIENTIAM. TESTARER. QUI. LONGE.  
ALIA. AGITANTEM. ANIMO. HANC.  
STUDIORUM. INIRE. RATIO-  
NEM. JUSSISTI.

ITAQUE.

VIR. VENERANDE.

OBSEQUENTISSIMI. FILII. LEVE. MU-  
NUSCULUM. NE. DESPICIAS.

Deus. Te. SERVET.

כָּשׁ הַקְבִּתָּה  
DE  
**GIGANTIBUS**  
EXERCITATIO.

CAP. I.

An dentur Gigantes? Dubitatum a Svetonio. Ossa belluarum pro humanis s<sup>e</sup>pe ostentata. Palatia Giganteis ossibus ornata. Templo Muhammedanorum Damasci. Multa Gigantum ossa Constantinopoli inventa, & ab Anastasio Imp. asservata. Seneca Gigantes negans impugnatur. Autores qui Gigantum historiam texuerunt recensentur, Uti & Nomina Gigantum Hebraica ex Jalcouth. Boulduci sententia de Nephilimis ridetur. Dari re vera Gigantes, affirmatur.

**C**onsiderabimus aliqua de Gigantibus, eorumque Ortus & natura, quantum præscripta & Temporis & chartarum brevitas permitter. Quanquam enim fabulosum forte videtur hoc Gigantum nomen, certum est tamen, inde ab omni ævo homines imensa mole celebres, & magna præ reliquis Corporum proceritate insignes cum ante, tum post diluvium extitisse, ut merito subeat mirari, quo animo illos negare ausi sint nonnulli, quos inter Svetonius in Octavio\*, qui prægrandia Gi-<sup>\* lib. 2. c. 72.</sup> gantium ossa, quibus Prætorium excoluit Augustus, immanium<sup>p. 52.</sup> belluarum, ferarumque membra vocat reprehensus ob id in Notis a Casaubono†. Sane nec ipsi negamus, s<sup>e</sup>pe belluarum ossa<sup>p. 148.</sup> pro humanis ostentata; id tamen ad omnia extendere, & nulla ejusmodi magnorum hominum Monumenta reperiri, propterea inferre, audax nimis esset facinus, atque ipsi contrarium rationi, cum olim hodieque tot ejusmodi conspiciamus ossa, quæ Gigan- tum esse, negari prorsus non poterit, docente in primis Th. Bartholino V. CL. in Historiis Anatomicis\*, aliquot in homine tan-<sup>\* cent. i Hist.</sup> tum reperiri ossa hac forma nulli convenientia cæterorum ani-<sup>p. 1 62.</sup> malium. Nec inusitatum fuit, splendida Palatia ejusmodi Gi-  
gantum ossibus ornare, quale de Muhammedanorum Templo  
Damasci.

A

2 DE GIGANTIBUS.

tp. 56 Edit. Damasci conspicuo R. Benjamin Tudelensis † refert, cui par non  
esse ædificium in toto orbe scribit, quodq; olim Benhadadi pala-  
tium fuisse dicatur : וְשָׁמֶן Et ibi, inquit, תְּרוּי בַּתּוֹרֵךְ הַרְמֹן  
צַלְעַ אַחֲרַת מַעֲנָק אַחֲרַ אַרְכּוֹת זְרוּתָת וּרְחָבוֹ בָּ  
זְרוּתָת וּהְוָא הִירֵךְ מֶלֶךְ עַנְק מִן הַקְּרוּמוֹנִים  
וּשְׁמוֹ הַמֶּלֶךְ אַבְכָּמָנוֹ שְׁכָר מִצְאָו הַקּוֹק עַל אַבָּן  
אַחֲרַת עַל קְבָרוֹ וּבְרֵה כְּתוּב שְׁמֶלֶךְ בְּכָל הָעוֹלָם :

*in Palatio medio Gigantis alicuius costa quædam dependet, quæ lon-  
gitudine Spithamas novem, latitudine duas aequat. Is fuit Rex Gi-  
gantens, unus ex antiquissimis illis, cuius nomen Abcamas: nam ita  
sculptum erat in quodam sepulchrali lapide, ubi addebatur,*

\*Vox ~~un-~~per totum orbem regnasse. Ita Suidas \* autor est, mag-  
væs fol. 591. nam ossium Gigantum multitudinem, cum ædes S. Menæ

Constantinopolis repurgaretur, in ampla quadam fossa repertam  
esset. Quæ Anastasius Imperator conspicatus, in Palatio, ut rem  
admirabilem reposuerit. Sed condonari illud Tranquillo  
posset, si de illis Augusti, quæ dicebantur gigantum ossa, intel-  
lexit, (quis enim de re incerta certum quid affirmaret?) non item  
de aliis, nec omnibus fortasse Gigantibus bellum iostulit. At

t lib. 5. Ep. 59, p. 144. vero Seneca † vix excusandus, dum Epistola quadam ex Stoico-  
rum mente: In rerum, inquit, natura quædam sunt, quædam  
non sunt; & hæc autem quæ non sunt, rerum natura complecti-  
tur, tanquam Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falsa cogi-  
tatione formatum habere aliquam imaginem cœpit, quamvis  
non habeat substantiam. Quæ Senecæ Verba si de Poëtarum  
fabulis dicerentur, quarum in sequente Capite aliquas attinge-  
mus, nil porruisset verius dici; sed dum in genere omnem Gigantibus  
substantiam adimit, vim sensibus infert. Idem negare alii  
ex recentioribus contenderunt, indigni profecto, quorum heic  
compareant nomina. Possemus innumera Giganteæ staturæ  
hominum exemplarecensere, & facta illorum varia atq; vix cre-  
dibilia, quæ magno numero accumulant Autores, fide digni,  
testes oculati, omniq; majores exceptione, nisi tot illorum verba  
transcribendo Lectori nauseam, nobis molestiam crearemus.  
Sufficiat igitur, nominasse saltim, qui, dum hæc scriberemus, ad

manus

EXERCITATIO

manus fuerunt, Augustinum\*, Plinium†, C. Julium Solinum\*\*, & qui ad eum animadversiones scripsit, Georgium Draudium ††, Baptistam Campofulgosum ‡, Thcm. Fazzellum †, Hieronymum Cardanum ‡, Hier. Magum\*, Philipp. Camerarium §, Sim. M. jolum ‡, Jo. Bisselium†, Carol. Stengelium\*, Aug. Tornielium ††, Mart. Delrionem\*\*, ut alios, qui passim Gigantum meminerunt, omittam. Sed & ex instituto de Gigantibus, horumq; reliquis, atque de hominibus, qui prodigiosis viribus ad Gigantum naturam proxime accedunt, integrum librum scripsit Jo. Castano spiræ impressum Anno superioris seculi LXXXVII. non quidem haec tenus visum nobis. Quod eo minus dolemus, quo clariorum sacrarum literarum Monumenta cum ante tum postdiluvianorum exempla gigantum exhibent, quos septem vocant nomini- bus, qnæ a R. Simeone had-Darschan collecta exponuntur, & heic audire fortassis operæ aliquod pretium erit. Sic ergo ille in Commentario Bibliorum ex antiquis Hebraeorum libris compilato, cui Jalkuth\* nomen dedit, quasi per am Rabbinicam dicas:

שבעה שמות נקראו להם אמיס רפאים גבויים  
ומזומנים ענקים עוים נפילים . אמיס שלל ט  
שרואתאות אותם אמרו נופלה עליו רפאים שלל ט  
מי שרואה אתם הוה לנו רפה כשוער  
גבויים ר אבא בר כהנה בשם ר יוחנן אמר  
מוח קוליתו של אחר מהם היהת נמרדייך אמרה  
ומזומנים או יוחי בר חנינא מנרטין מגוטי  
מלחמה . ענקיים רבנן ור אחא רבנן אמרו  
שהיו מרבים ענקיים על גבי ענקיים ר אחא  
אמר שהיו עונקיים גלגול חמץ ואומרום חור  
לנו גשמי . עוים שצרו את העולם ושחזרו  
מן העולם ושרמו לעולם שיוצר כוा עיה  
עויה עזה אשימנזה או אלעור רבבי שמعون שהו  
בקיאין בעפרות כנחותם נגילה צוחין לחזיא  
עוויא . נפילים שהפלו את העולם ו שנפלו

A z 37

\* lib. 15, de Civ. Dei c. 9.  
& c. 23. adde ad eum Lud. Viv.  
† lib. 7. Nat. Hist. c. 16.  
\*\* cap. 3. memorab. p. 188  
†† pag. 243.  
‡ lib. 1 Exempl. c. 6.  
† dec. 1 de reb. Sicul. 1.  
1.c. 6. & dec. 2. 1. 1 c. 1.  
† lib. II. de subtilit. fol. 356. seq.  
\* lib. 1. Mis- cell. c. 4.  
§ Cent. 1. hor. succ. c. 82.

¶ Colloq. Can. 11.  
† Decat. 1. III. ruin. p. 291.  
seqq.

\* part 4.  
Thes. Bibl. 1

1.c. 4.  
†† Tom. 1.  
Annal. a. m.  
987. n. 19.  
seqq.

\*\* lib. 2. Disq.  
mag. q. 15 p.  
165.

† fol. 12. col. 4

DE GIGANTIBUS.

מן העולם ושמלאו אחר העולם נפלים בונורת

<sup>4</sup> Septem, inquit, nominibus insigniuntur Gigantes in Scriptura, dum scilicet vocantur Emim, Rephaim, Gibborim, Samsummin, Anakim, Avim, Nephilim. EMIM propterea, quod in omnem, qui eos saltim adspiciebat, Terror, & formido descendit. REPHAIM, quod cor illius, quicunque bos intuebatur, debile, & remissum siebat, instar cere. GIBBORIM a fortitudine: Ait enim R. Abba bar Cahanna nomine R. Juchanan, os medullare unius ex illic mensure duodecim ulnarum fuisse. SAMSUMMIM dictos ait R. Jochai bar Chanina, quod perturbarent Proceres \* Belli. ANAKIM, cuius aliam rationem afferunt Rabbanam, aliam R. Acha.

Rabbanan dicunt, sic dictos, quod nimium multiplicarint torques alterius alterum imponendo: R. Acha vero, quod collaris in modum cinxerint Solem, ac dixerint: Demittat super nos pluviam. AVIM, quod vastarint Mundum, & ipsi quoque ex hoc Mundo sint vastati, & quod Mundi desolationis causa fuerint, secundum illud quod scriptum est. <sup>\* Ezech, 22. v. est, \*:</sup> Perversam, perversam, perversam ponam. R. Elieser filius R. Simeonis ait, exercitato eos in terra fuisse instar Serpentum, quidpe in Galilea Serpentem **שׂוֹרֵץ** Juvia vocant. NEPHILIM, quod cadere fecerint Mundum, vel quod ceciderint ex Mundo, vel impleverint mundum **נְפִילִים** Abortivis propter fornicationes,

\* Sept. 16. fol. 30. col. 1. 27. 23. fol. 18. 2. <sup>Manf. Ado-</sup> <sup>Mäsl. Bresch.</sup> <sup>c. 23. fol. 18.</sup> <sup>col. 2.</sup> <sup>† alii.</sup> <sup>Etsi vero in hac nominum expositione omnia nec probare possumus, nec debemus; non erit tamen, ut de re ipsa actetur haec sibi Etymologiaz vindicent, ne forte in his Grammaticorum minutis jam occupato, postea cum ad τεγγυαστολογιας deuentum fuerit, de chartarum queri augustia necesse sit. Adeat, quisquis velit, R. Salomonis Jarchii, Aben Esra, Davidis Kimchi, Levi ben Gershon, aliorumque Interpretum Sententias, & suo abundet lensu, saltim ne illud contra nos inficias eat, significari nominibus istis Vastæ molis & proceritatis stupendæ homines, quod, ut Gigantes ipsos impugnaret, & antediluvianos suos, quos genuit, Monachos aleret, foveretque, negare ausus est Jacobus Boulducus, Theologus Parisiensis, & Ordinis Minoritarum, quos Capucinos vocant, Prædicator. Hic in primo li-</sup>

## EXERCITATIO

mo libro de Ecclesia ante Mosen, quem seculi hujus anno XXVI,  
 Lutetiae Parisiorum triplicem edidit, docturus, quis a Mundi  
 principio usq; ad Mosen fuerit ordo Ecclesia, quæ festa, quæ Sa-  
 crificia, qui Ministri, qui ritus & ceremonia, & alia id genus, non  
 de Gigantibus vocem נְפָلִים Nephilim exponit, sed de cul-  
 toribus veri DEI, fidelibusq;, quos ita a prostratione in terram di-  
 gitos scribit, † quasi Cadentes & prosterentes se, eo quod in Ora-  
 tionibus & publicis Religionis exercitiis DEUM toto Corpore <sup>† lib. I. cap. 2.</sup>  
<sup>p. 15 17. 20.</sup> prostrati adorabant, eo modo, quo nunc a Christo Vocamus  
 Christiani, ut verba ipsius habent. Et ne a Versione vulgata re-  
 cedere videretur Capucinus, in qua passim per Gigantes redditum  
 hæc nomina conspicuntur, hanc ejus rationem affert, quod cum <sup>\* lib. I. cap. 8.</sup>  
 videret filios DEI, viros, ut loquitur, \* sanctitate conspicuos, & p. 63.  
 omnibus admirabiles etiam vocari גְּבוּרִים quasi virtute &  
 Sanctitate ad Miraculum usq; potentes & Gigantes, in eodem  
 Giganteæ Sanctitatis sensu omnes illas Voces acceperit & trans-  
 tulerit. Imo, eadem profusa mente vocem Nephilim, ( com-  
 mune illud, ut putat, & generale priscorum primorumq; fidelium  
 nomen ) verterit Gigantes, eo, quod pietate, justitia, & bonis o-  
 peribus tales esent. Sed hanc insanam Bolduci sententiam me-  
 rito ridemus, debitam deferendes laudem Th. Bangio, Regio  
 Havniensis Academiæ Professori, qui peculiarem de Nephilimis <sup>† Hauniæ, 27.</sup>  
 exercitationem <sup>Mart. 1632,</sup> ei opposuit. Mitius illo errant, sed errant ta-  
 men, qui, quæ in Scriptura de Gigantibus dicuntur, de sceleratis-  
 simis hominibus, & improbis DEI contemptoribus interpretan-  
 tur allegorice, quod Patrum nonnulli fecere, & Philo Judæus in-  
 tégro de Gigantibus libro. Quæ res se bene haberet, modo  
 prodigiosam corporis molem non excluderent, ut optime ob-  
 servatum est a R. Isaac Karro in Toledoth Jizchack, \* qui ea <sup>\* fol. 12. col. 2.</sup>  
 dem ipsis tribuit scelerata, vocat nihil minus גְּבוּרִים גְּדוּלִים  
 Gigantes fortes, & maximos statura. Non enim No-  
 mina tantum Gigantum, sed individua etiam, utpote Ogum,  
 Goliathum, Jisbium &c. illorumque insuper staturam & arma  
 recenset Divinus Codex; quæ fuse jam aliis probata sunt, ut ver-  
 beribus magis, quam verbis excipiendi veniant, queis volupe, il-  
 lorum impugnare existentiam.

A 3

CAP.

## CAP. II.

Gigantes quasi Terrigenæ. Veterum Græcorum Philosophia fabulis inventa. Quot Genera fabularum? Gigantes cur Terra progenitos dixerint Poëta? Cūr Cœli & Terra putarint filios? Gigantomachia. Fabula de seminatis Draconis dentibus. Cur Neptuni & Iphimedæ filii Homero?

**N**unc age rem proprius accedamus in Gigantum ortum inquisituri, de quo primum Poëtarum sunt evolvendæ fabulæ, quæ eis hoc nomen imposuerunt, quasi a γῆ & γένει, ut Isidorus Hispalensis scribit,\* quod suum ex Terra genus ducant: hinc sæpius Terrigenæ Poëtis audiunt, Telluris Juvenes, ac Terræ partus Horatio, † γῆγενος σπαρτος γηγεντω Sophocli,\* quod Terra editam molem Gigantum Cicero reddit, aliis aliter. Nimirum ex Terra genitos finxerunt, sive sola, ut Apollodorus, sive accidente Cœli Sanguine, cum Patris pudenda Saturnus abscinderet, ut Hesiodus & Orpheus, sive ex Seminatis a Cadmo Draconis dentibus, ut alii: prout scilicet suæ quisque doctrinæ accommodare illa voluit. Tradebantur siquidem antiquitus ante Aristotelis & Platonis tempora, postquam Græci occultam Philosophandi rationem ab Ægyptiis didicerant, non aperte, qualiter hodie in scholis addiscimus, sed sub quibusdam involucris, dogmata Philosophiæ, ne, si hæc arcana dispalescerent, a religione & Veterum institutis, atque pristina probitate imperitum Vulgus male iis intellectis deficeret. At, cum postea clara Philosophandi ratio introducta esset, contemni hæc fabulæ cœperunt, & pro ridiculis anilium gerrarum, & Poëticæ audaciæ figmentis haberi. Sed utramque tamen Philosophiæ partem continent, & placita priscorum, partim quæ ad cognitionem rerum naturalium, partim quæ ad bonos mores spectant, & legitimam vitæ instituendæ normam. Ad illam Deorum fabula refertur, quam Plato, Zenon, Cleanthes, Chrysippus, aliiq; Philosophi, & in libris de natura Deor. Cicero eleganter

\*lib. II. Orig. c. 1. fol. 276.  
†lib. 3. od. 4.  
\*in Trachiniis, vers. 1069. 1067,  
\*lib. 2. No&c. explicuerunt; Hujus vero generis sunt Æsopi potissimum fabulæ, cuius insigne Encomium apud A. Gellium, \*Noctium Atticarum Scriptorem habes. Præterea Historias etiam, & res certo gestas sic sæpius Poëta (quod novum fabularum genus est) immu-

immutarunt, ut, licet e veris facta incredibilia adpareant, possint nihilominus facile ad veritatem reduci. Id quod ex Veteribus praestare conati sunt Melissus, Lamiscus Samius, Dorotheus, Euanthes, Euphorion, Damascius, Ponticus Heraclides, Silenus Chiis, Palaphatus, & ex recentioribus superiori seculo non infelici successu Natalis Comes in Mythologia. Non itaque putandum, quasi insanæ adeo mentis fuissent nonnulli, qui ex terra prognata hæc hominum Monstra existimarint, nam dogmata sua, quæ dixi, seu naturalia, seu moralia, seu historica etiam sub fabulosis his integrumentis occultarunt, sæpe ut per Gigantes ne homines quidem intelligerent. Ita ad primum fabularum genus, quod Naturæ contemplationes continere dixi, quidam Gigantes referunt ex sola Terra natos, quos nihil dicunt aliud esse, quam Spiritus illos terra clausos: qui dum exitum non inveniunt, sibi viam montibus altissimis concussis faciunt, adeo ut aut rumpantur, aut ingentia frusta emittant contra Jovem, i. e. cœlum versus. At si rem Ethice consideres, ex fabularum secundo genere, impias & agrestes homines intellexerunt, quibus nec hominum cura, nec deorum, unde decantata satis Gigantomachia orta est, quam Claudianus descripsit. Cicero de senectute: More Gigantum bellare cum diis, quid est aliud, nisi naturæ repugnare? Et Macrobius: \*Gigantes, inquit, quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impianam gentem Deos negantem, & ideo existimatam deos pellere de Cœlesti sede voluisse. Hos ergo Terræ & Cœli filios ex Parricidio & crudilitate Saturni in Patrem natos fingunt, quia, ut scribit Natalis, & nihil prope boni ex adulterio, & illegitimo congressu nasci consuevit. Si tamen ad ultimum, quod dedi, thol. c. 21. p. 362. genus respiciamus, fabula totius origo est turris Babylonicae 652. structura Coryphæo Nimrodo suscepta, sed ab omnipotente DEO γλωττοσυγχισει præpedita, quemadmodum in suo Phaleg\*exponit Samuel Bochardus. Hinc illud Ovidii forte in Fastis:

*Terraferos partus, immania Monstra, Gigantes*

*Edidit, ansuros in fovis ire domum.*

*Mille manus illis dedit, & pro crinibus angues,*

*Atq[ue] ait, in magnos arma movete Deos.*

\* part. I.  
Geogr. Sæc.  
I. I. c. 13. fol.  
52. 53.  
† lib. 5. Fast.  
ab inst.

Extruene

## DE GIGANTIBUS.

*Extruere hi mentes ad sidera summa parabant,*

*Et magnum bello sollicitare Jovem.*

*Fulmina de Cœli jaculatus Juppiter arce*

*Vertit in autores pondera vasta suos. &c.*

Ad idem genus spectat, quod e terra, & a Cadmo seminatis Draconis dentibus prodiisse scribunt, quidpe veram de Cadmi Phœnicis cum Dracone Rege Thebarum pugna Historiam fabulosum hoc involucro tegit, quod pervertitus Autor Palæphatus libro περὶ ἀπίσων ισοργῶν diserte exponit. Habebat enim hic Cadmus Elephantum dentes, cum Thebarum regnum Dracone a se occiso occupasset. Hos uti & reliquas opes abstulerunt in Cadmum insurgentes Draconis amici & filii, quorum alii postea in Atticam, alii in Peloponnesum, quidam in Phocida, non nulli in Locridem devenerunt, quibus e locis bellum inferebant Thebanis, & fortis erant præliatores. Εἶτε δὲ, inquit Palæphatus, \* τὰς ἐλεφαντίνες ὁδόντας, γέ εἰχεν ὁ Κάδμος, αἴραστας ἐφυγον, ἐλευγον οἱ Θηβαῖοι, ὅντοι αὐλέα δενά ὁ καδμός ἐπηγαγεν ἥμιν, διποτεῖνας τὸν Δράκοντα. Επ τῶν ἔκεινών ὁδόντων πολλοὶ οὐδὲ θοι ἄνδρες σαργτοὶ πολεμήσαντο. Τούτῳ δὲ τοιάτῳ συμβαίτος, ὁ μῦθος προσαπελάσθη. Tantum de Terrigenis. Porro Neptuni

† Odyss. xv. & Iphimedæ filios Homerus † existimavit, quod ad Morales fabulas referendum eodem cum superius allato sensu. Nam ferocissimos, inquit A. Gellius, \* & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquam e mari genitos Neptuni filios dixerunt, Cyclopa, & Cercyona, & Scyrona, & Lastrigonas. Quid vero est aliud Iphimedæa, docente Comite, \* quam pertinax, & infixa animo cupiditas, neque consilio, neque rationi cedens? Quare ab his dicuntur editi Otus & Ephialtes, crudeles & demerarii Gigantes, qui sine Consilio, sine honestate, quicquid placuit, aggressi sunt, & quæ Homeri verba: †

Οἱ ρακοὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην, ἐν ὀλύμπῳ  
Φυλόπιδα σῆσεν πολυδικόπολέμοιο.

Οσαν ἐπ' ὀλύμπῳ μέμασαι θέμεν, αὐταρ ἐπ' οση  
Πήλιον εινοσιφυλλονήν ὀργανὸς ἀμβωτὸς εἴη.

Sed pluribus nunc ista persecuti, ratio instituti nostri prohibet, ut ea explicemus, quæ magis de Gigantibus cognitu necessaria sunt.

CAPUT

EXERCITATIO.  
CAPUT III.

9

Num Adam, & omnes antediluviani Gigantes? Fabula Judæorum de stupa  
penda Adami statuta. Sententia illius Patroni, eorumque ar-  
gumenta breviter recensentur. Fabula de Adami & Eve luctu,  
Transitu per Oceanum, & sepulchro. Spelunca Macphela. Hebreos  
cur Kiriatharba juxta Hebreos? Antiquus nummus, & ejus in-  
scriptio Hebraica illustratur. Vulgati in versione Jos. XIV, 15.  
error.. Argumentum a longævitate Patriarcharum pro Gigan-  
tea eorundem statuta, & Responsio. Num antediluviani omnes  
adeo longævi? Locus Gen. XLVII, 8. ad Theseos nostræ confir-  
mationem adfertur. Majemonides laudatur. Aliud Argumen-  
tum a primi Mundi vigore. Responsio. Statura hominum an  
indies decrescat?

Tanta igitur Gigantum proceritas, & tam Monstrosa cor-  
porum Magnitudo, quam negari non posse demonstra-  
tum est, varie multorum exercuit ingenia, qui sibi ima-  
ginari haud potuerunt, possibile esse, ut a communis sta-  
tura hominibus tanta moles prodierit. Quare non defuerunt,  
qui primos generis nostri Parentes, omnesque adeo, qui ante  
diluvium vixerunt, Giganteæ fuisse magnitudinis existimarent.  
Non putidissima vanissimorum Judæorum figmenta intendo,  
qui tantam Adamo Corporis adscribunt molem, ut Capitis ver-  
tice firmamentum superius pulsaret, & lacertis expansis extre-  
mos utrinque Orbis terminos attingeret; verum, cum factus fu-  
isset prævaricator, per manuum suprapositionem in minus re-  
dactum, ut Paulus Ricius refert in Epitome de Talmudica do-  
ctrina, \* & Th. Gatackerus in Cinno †. Quorum et si neuter \* fol. 280:  
locum sive Talmudis, sive Rabbini alicujus adducat, non falso prout est  
tamen hanc ipsis fabulam tribuant, quidpe totidem habetur  
verbis in Gemara Babylonica Maslech. Chagiga, \* quam ex Hen  
Israël, † Talmudis Compendio, (cujus mihi Veronensis Edi-  
tio est minutissimis literis) transferre huc non pigrabor:

אמר ר' אלעוז אומת הראשון מן הארץ וער לרקיע  
הירח שנאמר למנ הוות אשר בראה אלהים אומת על הארץ (ולמקרה השמים) יגוי וכיוון ששרה הניח הקב"ה

B

prout est  
Tom. I. integ  
artis Cabba-  
listicæ scri-  
ptores Jo.

PistorI.  
† lib. 2. c. 2.  
p 191.

\* cap. 2. fol. 12.

col. 1.

† part. I. fol.

262, col. 2.

רו ידו

ירו עליו ומיעטו והעמדו על מאה אמה שנאמר  
אחר וקורם צרני והשת עלי כפכה: אמר رب  
יהוה אמר رب אדם הראשון מסוף וועלם וער  
סומו הוה שנאמר למקצת השמים וער קצה  
השמי וכוון שרכח הניח הקבה ידו עליו ומיעטו  
R. Dixit Elieser, Adamum, *primum hominem, a terra usq; ad firmamentum attigisse, eo quod di-*

*\* Deut. 4. v. catur\*: Ad die, qua creavit Deus Adamum super terram, & ad extremum Caelorum &c. At, posse aquam peccasset, imposuisse De-*

*um Sanctum & Benedictum ipsi manum suam, et usq; diminuisse sta-*

*turam, atq; sic ad centum usque ulnas depresso, quia iterum dici-*

*tur\*: Retro & ante formasti me, & posuisti super me manum tuam.*

*Ait R. Iehuda, dixisse Raf, quod Adam, primus homo, ab uno Mundi  
extremo usque ad alterum pertigerit, eo, quod in eodem loco adda-*

*tur: Ab extremo Caelorum, & usque ad extremum Caelorum; Sed*

*postquam rebellavit, posuerit super eum Sanctus & Benedictus suam*

*manum, cumque minorem efficerit. Legitur etiam in Rabbos.\**

*\* Seder. Sed. תוריונ. Sed. mystice fortassis de summa Ad ami in innocentiae statu felici-*

*itate intellecta voluerunt, qua in peccatum prolapsus amissi se*

*una nobiscum in miseram hanc conditionem præcipitavit. Unde*

*R. Salomo Jarchi, hujuscce alias fabulis addicissimus, dum idem*

*de Adami statura in suo Perusch † recenset, non juxta literam*

*intellectum voluit, sed vocat, hoc est mysticam, allegori-*

*cam, mythicam expositionem, literalem loci sensum præmitten-*

*do. Verba sunt: גָּמַת שָׁאֵל לְכָל*

*דִּבְרוֹאִים אֲשֶׁר מִקְצָה עַל קָזְזָן זֶהוּ פְּשָׁוטוֹ*

*זְמֻרְשׁוֹ מַלְמֵד עַל קְמַתוֹ שֶׁל אָדָם שְׁחוֹתָה*

*מִן הָרָץ עַד הַשְׁמִימָן וּהוּא רְשִׁיעָר עַצְמוֹ אֲשֶׁר מִקְצָה אָר-*

*ולמִקְצָה הַשְׁמִימָן וְגַם שָׁאֵל לְכָל קָצָה:*

*Et ab extremo caelorum, b.e. Interroga etiam omnes crea-*

*turas, quae sunt in toto Mundo, que ab uno extremo usque ad alterum*

*reperiuntur. Hic est literalis sensus. Sed Allegorica interpreta-*

*tio docet staturam Adami, quod fuerit a terra usque in caelum. Hec*

*autem mensura eadem est cum illa, que ab uno ad alterum extremum*

*sumitur. At vero serio Adamum, & Evam, & Cainum, & Abe-*

*Iem,*

lem, & Sethum, & reliquos antediluvianos inter gigantes numerant Jo. Lucidus, \* Jacob. Bonfrerius, † Daniel Mallonius, \*\* mendat. Jac. Salianus, ‡ ac nuper etiam in Antiquitatibus Hebraicis Tempor. c. 4. Paul. Scherlogus, + ut D. Augustinum, \* Connimbricenses, ♦ Genes. fol. & alios inquit, qui omnes Naturæ fœtus Gigantes dixerunt, 114 col. 1. utpote, qui ab omnipotente rerum omnium Creatore sic conditi essent, ut universum genus humanum ab iis propagandum crucif. stig- ista statura conspiceretur. At postquam homines omnibus se sceleribus vitiisque contaminarent, libidini præterea litantes & impudicitia verum DEum contemnerent, irruente Cataclismo 130. col. 2. non etatem solum, sed staturam quoque hominum sic esse immi- nutam, ut grandiores etiam inter nos cum minimo Antediluvia norum comparati homunculi videantur, & pumiliones. Quod Difs. 4. sect. 4. fol. 174. igitur hodie nonnunquam inveniantur Gigantes, in iis se pristinam virtutem exserere, certo DEi consilio, ut homines remi- niscantur damni, quod peccatum intulit, & justitiam atque vir- tudem diligent, ne gravius quid postea experiantur. Quæ spe- cie sic proferuntur quidem, sed aliena sunt à Veritate. Etsi Arist. de gen. & cor. c. 3. p. 30. 31. enim nos minime latet, ut primo tantum de Adamo dicamus, quod Chr. Adrichomius in Theatro Terræ S. \* memorat, luxisse eum cum Eva sua Conjuge Abelem a fratre Caino imperfectum centum annis in spelunca quadam, ubi lecti eorum Saxe triginta pedes longi, qui Giganteam inferunt staturam, visuntur; id tamen figmentum reputamus, nec Brocardo, nec Breydenbachio, quos ille testes adducit, probatum, quorum iste expresse totum hunc de filio occiso planctum, inter fabulas reponit, hic vero non homines, non lectos, sed speluncam ipsam tantæ fuisse longitudinis narrat. Ejusdem surfuris reputanda alia fabula, quam Moses bar Cephas † suggerit de primis Parentibus, qui cum e Paradiſo pulsi in Canaanam migrarent, Oceanum sint transgressi. Nec aliter sentiendum de Adami sepulchro, quod in Hebrone conspicuum constans Hebraeorum est traditio, ab Autore etiam Cipporum Hebraicorum \*, quem Hottingerus edidit, memoratum. R. Elieser in Pirke † illud speluncam Macphelah cum aliis Hebreis nominat, in quam Abrahamus vitulo

\* lib. de Pa-  
radis. c. 14.

\* pag. 4.  
† c. 36. p. 91.

ostendente viam ingressus cubantes in lectis Adamum & Ewan  
invenerit, atque odorem gratum, tanquam quietis, ut loquitur  
odorem spirantes, ante quos accensæ fuerint lucernæ. His il-  
lectum Abrahamum ab Hebrone hanc speluncam sibi suisque  
Conditorum emisse. Atque hanc esse causam scribit Rabba-  
bar Nachmoni in Rabbos, \* quare hic locus alio nomine Kiri-

\* sedet.

תְּרוּיִי שָׁרָה  
fol. 58. fol.  
64. col. 2. 3.

ath arba, quasi πόλες τῶν τεσσάρων civitas illorū quatuor vocetur:  
**לֶמֶת הוּא קֹוַת אָוָת אַרְבָּע**  
Quare vocat Scriptura Civitatem istam Kiriatharba? paucis in-  
terpositis respondet: שְׁנַקְבָּרוּ כֵּתְרָה ד' צְרוּקִים אֲבוֹת  
הַעוֹלָת אָוָת הָרָאשׁוֹן אֲבוֹתָת יִצְחָק וַיַּעֲקֹב.  
רָא שְׁנַקְבָּרוּ כֵּתְרָה ד' אֲמָהוֹת חֹותָה וּשְׂרָה וּרְבָּקָה וּלְאָהָה:

Quia sepulti ibi jacent quator justi; totius Mundi Patres, Adam,  
primus homo, Abraham, Isaac & Jacob. Item, quia ibidem sepultæ  
sunt quatuor Matriæ: Eva, & Sara, & Rebecca, & Lea. Quæ tan-  
tundem leguntur in Biur R. Bechai, † & in Jalkouth, \* ubi com-  
pluria in hanc rem reperiās. Sed & in libro Cosri a Magno  
fol. 6. col. 3. BUXTORFIO Versione latina & notis illustrato ( qui, dum hæc ipsa  
scribo, ex liberali & benevolâ Autoris manu ad me defertur )  
† part 2. p 83. id deprehendere licet, † quando sic ad Cosroëm Judæus:

אָוָת הָרָאשׁוֹן הִיא הַיְתָה אָוְתוֹת וּבָתְרָה מִתְּ  
כָּשֵׁר קְבָלָנוּ כִּי בְּמַעֲרָתָה אַרְבָּעָת וּגְוִינָת אָוָת  
וּחוֹת אֲבוֹתָת וּשְׂרָה יִצְחָק וּרְבָּקָה וּעֲקָב וּלְאָהָה  
וּחִיאָה הָרָץ הַנְּקֻרְתָּה לְפָנֵי ה' הַנְּאָמָר עַלְיָהָה

\* Adami haec terra fuit propria, & in ea quoque mortuus est, quemadmodum per traditionem accepimus, quod in spelunca ( Abrahami, v. Gen. XXIII. )

\* Deut. xi. v. 1. quatuor sepulta sint paria, Adam & Eva; Abraham & Sara; Isaac & Rebecca; Jacob, & Lea. Hac ipsa est Terra, quæ vocatur CORAM DOMINO ( Vid. Gen. IV, 16. Et egressus est Cain a CORAM DOMINO ) de quadicitur: Semper oculi Domini in ea &c. Unde dubium non est, quin antiquissima jam olim inter Judæos hæc fuerit Traditio, a qua fortas.

fortasse lux aliqua affundi posset Hebraico illi nummo, cuius mihi ab Amico ἔκτυπον aliquando oblatum est, quod publicis heic oculis subjicio, ut judicent alii, si forte ipse a veritate aberravero.



Non quidem in ea sum opinione cum Judæis, quasi Abrahami aut Isaaci Temporibns cusus sit; certum est tamen, summa antiquitatis esse monumentum, siquidem ejus jam olim Talmudistæ, & Talmudistis antiquior Antor Bereschith rabba memorierunt. Locus est in Gemara Babylonica Mass. Baba Kama, \* cap. 9. fol. 97. col. 2.

**הַכֹּה רַבְנָן אֵי זֶה מְטֻבָּע שְׁלָמָה וּוֹשָׁלָם:** Edit. venet. Habentur tantundem cum Tosephos etiæ in Beth Israël part. 2. fol. m. 99. col. 3.

Docuerunt Rabbini. Quænam est Moneta Jerosolymæ? Respondeatur: ea, in cuius altera parte est David & Salomo, in altera Jerosolyma. Sed quænam est moneta Abrahami? Illa, in cuius una facie est senex & Vetula, in altera Juvenis & Puella. Quæ forte ne quis accipiat de Imagine senis & Vetula, aut Juvenis & Puellæ, sic explicat Baal hat Thosephos:

B 3

אֲרָם

**מְטֻבָּע שְׁלָמָה אֲבִינוֹ זֶה וּזְקִינָה מֵצֶר אַחֲרַ בְּכָר רַבָּן רַוִּישׁ וְאֲגָדָה שְׁמֶךָ שִׁיצָא לוֹ מְנוּטוֹן בְּעִילָּה וּמְהֹוּ מְנוּטוֹן זֶה וּזְקִינָה מְפָאָן בְּחוֹר וּבְחוֹרָה מְכָאָן וּנְרָאָה לְזֶה שְׁחוֹרָה כְּזָרוֹת זֶה וּזְקִינָה מְכָאָן בְּחוֹר וּבְחוֹרָה מְכָאָן דָּאָסָר לְעַשּׂוֹת צְרוֹת**

37.

5

4

4

**אָוֶת אַלְאָ** כִּי חֵיתָ כְּתוּב מִצְרַיָּה וְקֹן  
וְזָקִינָה וּמִצְרַיָּה אַחֲרָה בְּחֹור וּבְתוֹלָה וּפֹעַל

Quod dicitur a Magistris in Gemara de Moneta Abrahami,  
Patris nostri, cuius ex altera parte fuerit senex & Vetula &c. idem  
in Bereschithrabba docetur ad illa verba, cum Deus ad Abraha-

\* Genes. 12, hamum; \* Et Magnificabo nomen tuum: que allegorice sic exponunt,  
v. 2. quod per ipsum Moneta per Orbem sparsa sit, (atque hac ratione no-  
men ipsius innotuerit omnibus.) Sed qualis est Moneta illa? (pergit  
Auctor rabbos,) Nempe hinc senex & vetula, inde juvenis & puella.  
Ceterum non viderit, quod imago vel effigies senis & vetule illuc, heic  
juvenis & puelle fuerit, siquidem prohibitum est, formare effigiem  
hominis; sed quod ex altera parte haec verba זָקִינָה ex altera  
fuerint impressa, &c. Verba ex Rabbos cita-  
ta sunt R. Berachia nomine R. Chelbo prolata, & in seder Lech

Lecha f habentur: ea quidem memini & in Medrasch megilla  
me legere, locus autem jam non occurrit, nec operose inqui-  
rere admittit tempus, nec ejus adeo indigemus. Vi-  
demus enim utramque numismatis faciem cum Tosephos  
descriptione convenientem. Literas vero lineæ sub & superscri-  
ptas per Rasche thefos commode exposuerimus, ita ut, quæ ex  
altera parte conspicuntur, נ & ש nomina אַבְרָהָם Abrahami,  
& Saræ, tanquam i Senis & Vetulæ: quæ ex  
altera, י & ר nomina יִצְחָק Isaac, & רְבָקָה Rebecca, tanquam,  
Juvenis & puelle, exprimant. Sane sic ipse

\* ב ad Ge- explicat Raschi; \* זָקִינָה וּרְבָקָה. זָקִינָה וּרְבָקָה Per Juvenem & puellam intelliguntur Isaac  
matæ verba, וְשָׂרָה Per Juvenem & puellam intelliguntur Isaac  
1. c. & Rebecca: per senem vero & Vetulam Abraham & Sara. Arbi-  
tramus ergo, jam olim hunc nummum cusum a Judæis, cum ad-  
huc in Palæstina felici rerum statu potirentur, non, ut in com-  
muni vita. Emptione aut Venditione usum aliquem præstaret;  
sed ut Cimelii loco asservaretur in memoriam horum Patriar-  
charum Hebronii sepulchorum, quorum alter Senis, alter Juve-  
nis, h. e. Patris & Filii nomine venit; quemadmodum hodie in  
Principium & Magnatum sepulturis fieri videmus. Novi qui-  
dem, aliter sentire Ilascarum ben Naphthali in Mattanos Ce-  
hunna,

EXERCITATIO.

15

Hunna, † qui tempore Nativitatis Isaaci & Rebeccæ, aut ante il- † fol. 43 col. 1  
lorum Nativitatem cusum scribit: אָלוֹי אַחֲר שְׁנוּלָרוּ יִצְחָק

הַמְתַבֵּע אוֹ קָוָס וְהַיָּה רָאֵן נְבוֹאָה וְעַל־  
שְׁרָמוֹ עַל־שְׁחוֹן שְׁנִיחָס זְקִינִיס וְעַשְׂיוֹ פָּרוֹ כְּמוֹ

בְּחוֹר וּבְתוֹלָה: Fortasse, inquit, cusa est hæc moneta, cum  
jamjam nati essent, aut ante etiam, quam essent nati, & quidem per  
Prophetiam, quia jam supra indicatum est, ambos fuisse senes, cum  
proferrent fructum, instar Juvenis & pueræ. Enimvero undetan-  
ta Antiquitas probabitur? Cimeliuni fuit, quale non infre-  
quens Judæis, quod vnlgo vernacula vocant

שְׂרִיפָנָג Schaupfennig. Sed aliquantum sic extra oleas ferimus: rede-  
undum est ad Adamum, & de ejus sepultura traditionem, quam

a Judæis ad Saracenos derivatam, qui religiose in hunc diem

locum venerantur, docet Heidmannus in Palæstina,\* & ex Oso- \* cap. 3, n. 112.  
rii lib. IV. Rer. Eman. Laurentius Beyerlinckius descripsit in

Magno humanae vitæ Theatro. † Nil igitur mirum, ( ut tan- † Tom. V. lit.  
dem scopum attingamus ) si nota forte hæc Veterum Traditio M. fol. 599.

Vulgatæ Versionis Autori ansam præbuit, ut Locum Josuæ XIV,

15. contra scriptoris sensum interpretaretur, nunc perperam,

quæ desint, adjiciendo, nunc, quæ adsunt, male accipiendo,

quando verba: וְשָׁבַת חֶבְרוֹן לְפָנֵים קָרִית אַרְכָּבָע בְּעַנְקִים הַוָּא

Nomen Chebron ante vocabatur Kiriath arbe, Adam maximus ibi

inter Enakim situs est. cum ita potius debuisset: Nomen autem

Chebroniæ antea erat Kiriath Arba, qni ( Arba ) homo Magnus fuit

inter Enakim, id est Gigantes: quo sensu acceperunt Chaldæus

LXX. Vatablus, Munsterus, Tremellius & Junius, Lutherus,

Belgæ, alii. Atque hinc natum postea, ut non tantum in Hebro-

ne sepultus crederetur Protoplastes, sed Gigas etiam, quin &

Gigantum maximus. Quæ tamen Φευδεργυνεῖα ostensa jam pri-

dem ab Amania in Anti-Barbaro Biblico, \* & August. Varenio \* lib. 3. pag.

† in Decadibus Mosaicis, hujus nec loci, nec instituti, ut fusius 384.

declaretur. Quare his & aliis, quæ urgent, nullius ponderis ar- † Dec. 8. loc.

gumentis missis, primaria illorum videamus quorum alterum a 5. concl. 3. p.

Longæva 501.

37.

4

5

4

4

Longæva Patriarcharum vita desumptum est. Quemadmodum, inquiunt, antediluviani Patres, & qui diluvium mox inse-  
cuti sunt, etate nos multum superarunt, adeo, ut ultra nongen-  
tesimum sepe annum vitam prolongarent: Similiter nos vice-  
runt statura, & tanto fuerunt nobis Majores, quanto Vivacio-  
res. Ad quod communiter respondent, diversam esse Aetatis  
& statura rationem. Si enim hic argumentandi modus valeret,  
sequeretur, nos vix etatis annum quartum hodie attingere.  
Nam si a creato Mundo usque ad Mosis tempora vita hominis

\*Pf. 90, v. 10. ad annos LXX, aut LXXX, ab annis DCCC, aut CM decurtata, ut ex Mosis Cantico patet, \* quid de nostra etate fieri jam co-  
gitemus, si a Mosis usque ad nostra secula, perpetuo vita homi-  
num fuisse abbreviata? Sed lubrica profecto, ne quid dissimilemus, haec est responsio. Quid enim, si quis objiceret cum  
Bonfrerio, ut vitam, ita staturam ab Adamo usque ad Mosen  
abbreviatam esse, idque ob vicinum, quod Orbem submerserat,  
diluvium. A Moysi vero usque ad haec nostra tempora eae quales  
nos fuisse & statura ratione & etatis? Dicam igitur, quid mihi  
videatur, sentiant, quicquid alii velint. Annorum diuturni-  
tas denegari Patriarchis non potest docente eam Sacra Scrip-  
ptura; sed omnibus in Universum tum temporis viventibus  
hanc vitæ longævitatem competuisse, vix assuerim, cum altum  
de eo in scriptura silentium. Multo videtur verosimilius, DE-  
um familiæ Sethi, per lineam Kenani, quæ Gen. V. recensetur, ut  
alia suæ Gratia specimina exhibuit: ita Longævitatis privilegium  
aliis denegatum concessisse, tanquam sanctæ & verum DEU M  
timenti, quæ propagare cultum Divinum & Religionem posset.  
Quod confirmare quodammodo Jacobi videtur ad Pharaonem  
ingressus, quem virum communi Mortalium conditione senio-  
rem Rex mirabundus interrogabat, + quot vitæ ipsius annorum  
dieseſſent? Cui ille Emphaticis verbis:  
ימִי שְׁנֵי מַגּוֹרִי שָׁלְשִׁים: וְמִאַתָּה שְׁנֵה מַעַט וּרְאֵם הִוּ יְמִי שְׁנֵי חַיִּים לֹא  
רְשִׁיגּוּ אֶת יְמִי שְׁנֵי חַיִּים אֲבוֹתֵי בִּתְמִי מַגּוֹרִות:  
Dies annorum peregrinationum mearum triginta & centum anni  
sunt, pauilli & malis fuerunt dies annorum vitæ meæ, nec attigerunt  
dies

## EXERCITATIO.

17

dies annorum Patrum meorum in suorum peregrinationum diebus.  
 Hinc tria elicimus: I. Insolens fuisse in Ægypto, ad tantam per-  
 venire Senectutem, quantam tum attigerat Jacobus, quod ejus  
 ætatem, utpote miram & portentosam Rex percontatus fuerit:  
 II. Ætatem illam, quæ humanam superare conditionem Pharo-  
 ni videbatur, nequitiam miratum fuisse Jacobum, cui de Majo-  
 rum suorum majori longævitate constabat. III. Longævitatem  
 illam non aliis, qui superioribus annis vixerant, sed **לְאָבוֹתָהוּ שֶׁל יַעֲקֹב**  
 Patribus Jacobi adscribi. Quæ in rem egregia sunt  
 R. Mosis Majemonidæ verba in More Nevochim, \* quæ ex Latini  
 na Magni Buxtorfi editione ita se habent: *Quod inquit, Lex scribit de mensura dierum, & de ætate primorum Mundi hominum, de eo dico, quod tantam ætatem non sint asecuti, nisi illi, quorum expresse fit mentio: reliquos autem homines vixisse dies naturales, consuetos, & ordinarios. Raritas proinde, & novitas fuit tantum in singulis illis individuis; idque vel proper adcuratam alimenti, vivendi rationem, & dietam, vel per modum aliquem Miraculosum. Altera de re dici non potest.* Quæ cum ita sint, pro nobis potius hoc argumentum militat, si eadem ætatis & statura conditio. Dicimus: Quemadmodum nonnullis Longævitatem DEus gratijs p̄x aliis concessit; ita concessit aliquibus, ut corporis proceritate gloriari p̄x reliquis possent. Non, quod illis Individuis, quibus longævitas concedebatur, concessa quoque fuerit ejusmodi statura; sed diversis ab illis. Illud Gratia, hoc iræ Divinæ symbolum fuit, quicquid alii contra effutiant. Quæ enim pulchritudo, quam jactat Scherlogus, insit Monstroſa Magnitudini, a qua natura ipsa abhorret? Sane nullum divinus Codex Virum, Sanctum ea fuisse narrat; plurimos contra DEI contempentes, Tyrannos, crudeles, libidinosos, spurios, quales maxima Cataclysmi causa extiterunt. Atque sic ad alterum, quod palmarium putant, posset Argumentum ex parte responderi, dum naturæ recens a Deo factæ florem & vigorem urgent, p̄stantiam item alimentorum, & benignos siderum adspectus, & influentias. Quæ omnia non inficior; sed nec inde monstrosa corporum humanorum moles inferenda. Omnia DEus

C

ornata,

ornata, pulchra, elegantia condidit, qualem igitur optimam a natura hodie staturam laudamus & desideramus, eam non inconvenienter primis hominibus, utpote perfectissime & omnibus numeris absolutissime a DEO creatis adscribimus. Hæc vero non Gigantea, sed Heroa est, a qua in Sacris literis Saules, Rex Israëlitarum commendatur. Quemadmodum ista fusius diducere haut adeo difficile foret, nisi plura adhuc restent absolvenda. Saltim de illa adhuc quæstione dicendum: Num cuncto mortalium generi statura indies decrescat? quam adfirmarunt Plinius, Philo Judæus, Varro apud A. Gellium, & ex sermone IV. Esdræ Apocryphus, atque e Poëtis Lucretius, Juvenalis, Virgilius, & quos præterea Matthias Berneggerus in Tacitum,\* Tacit. 14. atque Justus Lipsius in Physiologia Stoicorum † adducunt. Sed lib. 3 Diff. 5. ista egregie in Erudita de Habitus corporum Germanicorum fol. 154. seqq. causis Dissertatione Hermanni Conringii\* est declarata, ubi vi-  
\*passim. sed deatur. Nos jam ad alia progredimur.  
in primis p.  
28. seqq.

## CAP. IV.

Gigantes num ex Angelorum cum hominibus congressu nati? Sententia quorundam Patrum. Unde hic error? Fragmentum Enochianum quale, & cuius argumenti? Pirke Eliezer quanta apud Iudeos Autoritatis? Fabulae Judaicæ de Schemchusai & Asael, vel Asa & Asael. Dæmones corporei ex Hebreorum mente, Iudeorum Philosophia & Ingenium. Filii DEI Gen. VI, 2, quinam? Expositiones quorundam Hebreorum. An Dæmones possint cum hominibus congredi? Dari incubos & succubos. Gigantes Dæmonum filios esse negatur. Possunt tamen moraliter sic dici.

**N**on enim eorum siccо pede prætereundus est error, qui Angelos ipsos Gigantum Parentes fecerunt, quem Patrum errarunt multi, ex Græcis Justinus Martyr, Athenagoras, Tatianus, Proclus, Clemens Alexandrinus, Eusebius Cæsariensis, & qui Hebræi quidem Græce scripserunt, Fl. Josephus & Philo: Ex Latinis Lactantius Firmianus, Tertullianus

## EXERCITATIO.

19

nus Afer, Ambrosius, Sulpitius Severus, & alii, quos passim apud recentiores adductos videas, decepti a mala Geneseos loci interpretatione, ubi בְּנֵי הָאֱלֹהִים filii DEI, cum בְּנֵי הָאֱלֹהִים filiabus hominis consuevisse, atq; his prognati dicuntur נְפָلִים Gigantes. Per Filios DEI siquidem Angelos intellexerunt, qui Justitiam illam & Sanctitatem, in qua primitus fuerant a DEO conditi, deserentes, & fœminarum illecti pulchritudine rem cum iis habere cœperint. In qua opinione non parum eos confirmavit hypobolimæus, & nūgis omnibus atq; ineptiis resertus liber falso Sanctissimo Patriarchæ Enoch adscriptus, cuius hodie fragmentum extat, a Scaligerio suis ad Eusebium notis, Athanasio Kircher Oedipo Ægyptiaco, Thoma Bangio Cælo Orientis, & nuperrime a Christi Schottano suo Tohu yahohu insertum. Hoc enim operose describit, qua ratione primum Egregori, sive Principes Angeli, quorum summus Semixas, desperierint venustas hominum filias, mox Solenni se juramento invicem obstrinxerint, ad exercendas fœdas libidines, & alia facinora perpetranda, postea ex his puellis Angelorum passis stuprum prodierint Gigantes, adulterinum genus hominum super terram diffusum, & quæ id genus mendacia alia sunt a nugaci Judæorū Synagoga derivata, quidpe aut Rabbini alicujus fœtus est hic liber, aut alijs hujuscce fabulis nimium addicti, quarum non pauca in Hebræorum libris vestigia deprehenduntur. In Talmude quidem ipso id nondum reperire licuit, reperi tamen in alijs multo antiquioribus Talmude monumentis, inter quæ non immerito primum locum adsignamus Pirke R. Eliesaris, Hircani filii, tantæ apud Judæos autoritatis, ut סְפַר קְרוּשׁ Liber Sanctus dici a R. Schem Tobh \* promeruerit, & passim inde Axiomata & sententia tanquam omni exceptione majores, de- promptæ in Rabbos, Midraschim, ac ipso Talmudis Opere iisdem propè verbis occurrant. In eo Angeli, qui exciderant e Cœlo, filias Caini in nuditate carnis, h.e. scortatione (quæ forte phrasis Doctissimum Drusum decepit, ut eo tempore nudas has incessisse ad Sulpitium Notis scriperit.) ambulantes, & meretricum more suos fucantes oculos vidisse, narratur, quas insecuri in uxores sibi duxerint: Idque ibi ex Cap. Geneseos VI. probatur:

כְּנָאָן

\*Libr. Amu-  
noth port. 6.  
cap. 10.

DE GIGANTIBUS

20

ויראו בני האלים את בנות הארץ

<sup>†fol.46.col.4</sup> filii DEI *Nas hominum*. Idem in aliis Hebræorum libris, v.g. in <sup>\* addit. ad la-</sup> Zohar, in Medrasch Ruth, \* in Rakana R. Menachem Rakana-<sup>tus Zoharis</sup> in Lublinen-<sup>\*\*</sup>, &c. legitur additis ipsis angelorum nominibus, (quæ si Edit 1.c. quibusdam sunt Schamchusai & Asaël; nonnullis Asa & Asaël.) <sup>\*\* col. 98. E-</sup> illorumque Colloquio cum DEo: quomodo Sanctum & benedi-<sup>dit, Venet.</sup> tum ob hominis creationem se angustantem accescerint, & ha-  
bitis utrinque sermonibus veniam tandem inhabitandi terram  
petierint: qua impetrata, inquiunt, מיר ירדו והשליט בהן יפוי-  
יצר הרע כיוון שראו בנות הארץ שן יפוי-  
הש אחריהן ולא יכולו לכבות ביצרן הדר ויראו Statim בני האלים ונו-  
& dominium in illos obtinuit figmentum malum, cum vidissent filias hominum, quod pulchra essent: unde errarunt post eas, nec concupis-  
centiam suam valuerunt subigere. Id ipsum est, quod dicitur: Et  
כיוון שראו כר שמחואי: Item: Postquam Schem-  
chusai & Asaël hoc viderunt (præcesserat historia de Asthira inter Pleiades relata) steterunt, & acceperunt uxores, & filios procrea-  
runt. Porro, ne ineptire crederentur tanti Doctores, & Spiritu-  
tum cum hominibus defendere consuetudinem, hanc sibi ipsis  
objectionem formant R. Josua ben Karcha apud Eliasarum, & in  
Medrasch Ruth R. Kalsma bar Rabbi Jannai, dicentes  
וכי העלה:

על רעה שבשר זומת יכול לגען אצל מלאכים Sed quid? num arbi-  
traris, Carnem & Sanguinem accedere posse ad Angelos? Annon  
<sup>†Psal.104, v</sup> enim scriptum est: Ministri ejus ignis flagrans? Respondet autem:  
אלן מלמר שכיוון שנפלו המלאכים ממקומם  
קרוותן מן השמיים שלט בהן יציר הרע בני אום  
כחן וקומתן בני ארם ולבשו גוש עפר שנامر  
At enim verò docet (Raf.) quod cum ceciderint Angeli ex loco sue sanctitatis, scilicet ex Cœlo,  
& dominum in eos acceperit figmentum malum, non aliter ac in filios ho-  
minis

EXERCITATIO.

21

*minis: & Virtus illorū atq; statuta fūlū similiō filiorū hominis,  
& induerint glebam terræ, quemadmodū dicitur\*: Induet caro mea \* Job. 7. v. 5.*

*Vermem & glebam terre. Scilicet humanam Dæmones induisse naturam fabulantur, ut Veneri melius indulgere possent.*

*Hinc intermedīa eos naturæ communiter faciunt, & modo Spiritus, modo homines adpellant. R. Schem Tobh in libro Emu-* <sup>t port 5. cap</sup>

*מְאַצּוֹלָתָה הַשֶּׁר הַזֶּה וּמְסִפּוֹרָה זוּ בְּאַיִם* <sup>‡</sup>

*כָּל כְּחֹתֶת הַשְּׁרוּם וְחַלְילָיו וְרוּחוֹת נְרָאִין*

*בְּצַוּרוֹתָן בְּנֵי אָרֶם וְעַלְּ אָלָן אָמְרוּ שְׂרוּמוֹן לְבָנֵי*

*אָרֶם וְלְמַלְאָכִי הַשְׁרוֹת שָׁאַנְן בְּרוּקָת הַיְשָׁוָת*

*וְגַם אַיִם נְעַמֵּן הַרְכָּבָה כְּבָנֵי אָרֶם:* Ex in-

*fluxu Principis hujus & intelligentia (agit de decima, quæ est Lilith)*

*prodierunt omnes virtutes Dæmonum, Lilin (quæ certa Dæmonum*

*apud Judæos species) & Spirituum adparentium in forma filiorum*

*hominiis. De istis dicunt, quod similes sint partim hominibus, par-*

*tim angelis ministerii, quianec in subtilitate formationis, nec in cras-*

*sitie compositionis instar hominum, facti. Nemini ergo hoc Ange-*

*lorum cum pueris conjugium incredibile videatur, quin intue-*

*ri potius egregiam inde natam Subolem desideret, quam, ne i-*

*gnoremus, R Zadok ulterius sic depingit: מְהֻן נָלְדוּ הַעֲנָקִים*

*מְהֻלְּכִין בְּרוּנוֹת לְבָסֶת וּבְגּוּבָהּ וּמְשֻׁלְּחִין יְדִיחָן בְּכָל*

*גּוֹלָ וּחֹמֶס וּשְׁפִיכּוֹת דְּמִימָה שְׁנָאָמָר וְשָׁם רָאִינוּ*

*הַנְּפִילִים בְּנֵי עַנְקָ מִן הַנְּפִילּוֹת וְנָהָיו בְּעִינֵינוּ כְּחַגְבִּיסָה:* Ex illis nati sunt Gigantes, qui in su-

*perbia cordis sui, & in elatione ambulabant, suasque manus in omnem*

*rapinam, & violentiam, & effusionem Sanguinis mittebant, quemad-*

*modum dictum est: \* Et vidimus ibi Gigantes filios Anaki ex Gigan-*

*tibus, & fuimus in oculis nostris instar locustarum: & sic in oculis*

*quoque illorum eramus Haec tenus antiquiores Rabbini, quæ o-*

*mnia nervoso verborum compendio Raschi complexus est, cum*

*inquit: הַנְּפִילִים / עַנְקִים מַבּוּנִים שְׁמַחוֹזָא וְעַזְלָן* <sup>¶ in Num</sup>

*Shenphelō מִן הַשְׁמִים בִּימֵי דָוִן אֲנָשׁ:* Nephilim & A-

*nakim sunt Synonyma, ambo gigantes significant, filios Schamchussai* <sup>13, v. 34. fol</sup>

*& Asael, qui lapsi sunt e cœlo temporibus Enoschi. Qui plura id* <sup>164. BiblBaf.</sup>

*genus desiderat, adeat Peram Rabbinicam\*, quæ abunde suppe-* <sup>col. 4.</sup>

*ditabit. Jalkut dī-* <sup>\* sic liber</sup>

*citus.*

<sup>\* Numer. 13,</sup>  
<sup>v. 34.</sup>

*inNum*

*13, v. 34. fol*

*164. BiblBaf.*

*¶ sic liber*

*Jalkut dī-*

*citus.*

*DFG*



DE GEGAHTIBUS

22  
ditabit. Nos sumus allatis contenti, siquidem erroris habemus,  
quem quarebamus, fontem, & Angelos Gigantum Patres jam  
olim in Judæorum Synagoga existimatos cognovimus. Et quid  
aliud est **שְׁמַחְזָאִי** quam angeli illius nomen, qui Angelorum  
Princeps in Enoch fragmento constitutus **סְגִבְנָאֵס** dicitur? Sa-  
ne Hebræa literæ & Græca heic eadem. Nec **עֲזָאֵל** Azaël  
alius, quam decimus ordine idem **אֶצְאָלֶגֶן** vitiōse dictus. E-  
nīmyero futilissima hæc Cabbalistarum nugamenta nemo mira-  
bitur, cui Judæorum cum Philosophia, tum ingenium perspecta  
sunt. Illa suis Paradoxis non caret; hoc ambitionem morbum  
genti familiarem adfectat, quam suo jam tempore Salvator ipſis  
improbavit. Scilicet quo prodigiōrem quisq; attulerat o-  
pinionem, eo celebatur Rabbini nomine dignior, modo affer-  
tionem suam e Sacro Codice utcunque colorare posset. Heic i-  
gitur, ut Angelorum cum hominum filiabus coitum defendant,  
**פָּלָאָכִים** per **בְּנֵי הָלֹהִים** verba illa Geneseos adducunt exponendo. Quanto melius olim Raschi, quem ſibi ipſi oppo-  
nimus, ſcripferat \*:

<sup>\* פ' ad Gen.</sup>  
† Matth. 23, v.  
5, 6, 7:

דבר אחר **בְּנֵי הָלֹהִים** הם **הַשְׂרִיףִים הַהוֹלְכִים בְּשְׁלִיחוֹתָם**  
**שְׁלָמָקּוֹם אֲפָגָה** הם **הַזְּמֻרְבָּנוּן כְּהַטְּמִינָה**  
אלֹהִים שְׁבָמְקוֹת לְשׁוֹן מְרוֹת וּזְהַזְּבִּחַת אַתָּה  
**Fili DEI sunt**  
**filii Principum & Judicum.** Vel dici potest. **Filios Dei esse Principes**  
**in DEI legatione ambulantes, qui etiam cum illis (filiabus hominum)**  
**se miscabant.** Nam ubique vox **אֱלֹהִים** occurrit in Scriptura, significat Dominum, ut patet ex eo, (quando sic ac Mosen Deus in-  
quit. †) **Tu eris ipſi in Deum.** Item: \* **Dedi te** אלֹהִים  
<sup>16.</sup> **Deum Pharaoni.** Similiter Sapiens AbenEsra † nihil minus in-  
† fol. 7, col. telligit, quam Angelos, licet exponere de Astronomiæ peritis  
3. Bibl. Basil. malit: **בְּנֵי הָלֹהִים /** **בְּנֵי הַשׁוֹפְטִים** שְׁרוֹן עִשּׂוּם  
בָּאָרֶץ מִשְׁפָט אֱלֹהִים וַיְשַׁׁ אָמְרוּ כִּי הָלֹהִים בְּמִקּוֹם  
הַזְּהָרֶת קְרֹשׁ וְהַבְּנִים הַזְּהָרֶת הַקְּרוֹשִׁים אֲשֶׁר בָּאָרֶץ  
בְּמִיעָדָם כְּנִים אֵם וַיְשַׁׁ אָמְרוּ כִּי **בְּנֵי הָלֹהִים** בְּנֵי  
שְׁרָת וּבְנֵי תְּהָרֶת הָאָסָקָה בְּנֵי תְּהָרֶת מִשְׁפָחָתָה קְזָבָן וְהַוְשָׁר  
בְּעִינֵי

**כעינו לחיות בני האלים הירשין רעת עליון וכו'**

Fili<sup>i</sup> DEI, inquit, sunt filii Iudicium, qui iudicium Dei in hac terra exercebant. Non desunt tamen, qui existiment, nomen **אלים** <sup>Deum</sup> hoc loco Sanctitatem denotare, atque adeo filii Sancti intelligentur, qui sunt in Terra, qua in significazione dicitur: \* Filii vos estis (Domini Dei vestri.) Rursum alti dicunt, Filios DEI esse filios Sethi, si- <sup>\*Deut. 14, v. 1.</sup> lias hominis filias familie Caini. Sed rectius in oculis meis videtur,

Filios DEI esse eos, quibus nota fuit **רעת עליון** Scientia Altissimi, vel Astronomia. Contra vero Abarbanell, Rabbinorum ingeniosissimo, altera illa de Sethi & Caini posteris magis arridet, cuius esti in Legem Commentario destituatur, (utinam tandem nausicci liceat!) in sententiam exhibit R. Eliezer Ascenasi in

Maaseh Bereschith, quæ prima pars est libri ipsius de Operibus <sup>t Maase Adonai, part. I.</sup>

**Maharoi Abarbanel :** DEI †, unde huc transferte non pigrabo: <sup>cap. 23, fol 47</sup> כתוב בפי שלו על התורה שאמרו <sup>לrob Rotzach</sup> col. 3.

לומר שלא היה כמו בימי אמת שהיתה אשא אחרת לבוחר זcken התאומות ובאמת הכתוב זה יובר עשרה וורות אחר אמת ואמת נולדו זנויות נולדו גם כן נקבות וכאשר יובו הוכרים יובו הנקבות וכותב עוז שבני האלים הם בני שית שקראמ בני האלים לזכותם של שית זקוא נזות האם לבנות קין שהיות עוצר אמתה ושנהחיב כליה על שלא היו משגיחות על היחס ורבורים ובאים כאלה כתוב שם שאין <sup>h.e. Magnus ille Doctor</sup> insignis Rabbi Isaac Abarbanel scripsit in commentario suo super Legem, quod, cum Gen. VI, 1. dicitur **לrob** ad multiplicandum, sensus fit, tunc non sущe amplius, sicuti in diebus Adami, ubi unica tantum erat Uxor; sed gemellæ semper prodierunt. Et certe ea, de quibus heic Scriptura loquitur, decima post Adamum generatione contigerunt, & quoties nati sunt masculi, natæ sic etiam foemelle sunt, adeoque, quemadmodum multiplicabantur Masculi, ita foemella etiam multiplicabantur. Porro ibidem scribit, Filios DEI (de quibus vers. 2<sup>o</sup>)

16 ap.

3

37

5

4

4

cap. cit.) esse Filios Sethi, quos propter justitiam & quasi Divinitatem Sethi, DEI filios Scriptura vocat: vocare autem filias **הָאוֹת** hominis filias Kaini, quod is **עֲמָדָה עֲבָדָה** h.e. Agricola fuerit. Atq; illos fuisse perditionis autores, propterea quod non respexerint ad familiam & cognitionem, quemadmodum hac pluribus verbis persequitur idem Autor, in quibus tamen non est cognatio ad literalem Scripturæ sensum. Ex hac Eliesaris Epicrisi patet, se ipsum alias esse ab Abarbanele opinionis, ejus videlicet, quā Raschi proposuerat de **מָקוֹם בְּשִׁלְחוֹתָו שְׁלָמָה** Ambulantibus in Legatione DEI. Sed ne ejus assertionis innominatus defensor maneat, quæ Judicum vult intelligi filios, audiamus adhuc unum.

\* fol. 12, col. 2

וַיַּרְא בְּנֵי הָאָלָדִים בְּנֵי  
הַשְׁרוֹם וְהַשּׁוֹפְטִים שְׁהִוָּה רָאוּ שִׁיעָשׂוּ רַיִן וּמִשְׁפָט  
לֹא אָתָּת בְּנוֹתָה הָאָרֶם שְׁהִוָּה וּפּוֹתָחָה וַיַּקְחָה לָהּ  
נְשִׁים מִכָּלָא אֲשֶׁר בָּחָרוּ לְוָמֵר שְׁלָמָה הַיּוֹ גּוֹלוֹת  
מִמּוֹן לְכָרְבָּא אֶלְאָ גָם הַבְּנוֹת הַכְּתוּלוֹת בְּבָיִם  
אֲבוֹהֶם גּוֹלוֹים אָוֹרֶם וּלְוקָחִים לְהָם לְנְשִׁים וְגָם הַנְּשָׁוֹאָרוֹת  
דָּאָר יְהוָן טְבָרָת כְּתִיב כַּשְׁהַוּ מִטְבִּין וּמִקְשִׁיטִין אָוֹתָה  
לְחֻופָּה הַיּוֹה גּוֹלָל נְכָנס וּבּוּלָה תְּחִלָּה:  
Et viderunt filii DEI, filii scilicet Principum & iudicium, quos decebat justitiam & iudicium administrare: hi viderunt filias hominum pulchras, & duxerunt uxores ex omnibus, quæ placebant, hoc est, non pecuniam modo, & opes furati sunt, sed filias insuper virgines, Has, inquam, ex Parentum domo rapuerunt, siveque in Uxores acceperunt, et iam jam despontas. Hinc ait R. Iudeus, propterea scribi in textu quod pulchrae essent, quia, inquit, cum ad splendorem usque ornassent Sponsam jam jam in thalamum deducendam, statim intravit Princeps ejusmodi, & prius rem cum ea habuit. Sic igitur cordatores Hebræorum nihil minus intellexerunt, quam angelos, utut ab invicem discrepant, & Judices alter, alter Prophetas, & Astronomos, alias posteros Sethi & Caini interpretetur, quarum ultra melior Opinio, Theologi dispiciant. Sed nec ex solo filiorum DEI, quicunque sint tandem, cum hominum filiabus coitu natos Gigantes memorat Sanctus Codex; quin tum jam potius extitisse,

הנְפָלוּס הוּא בָּאָרֶץ בִּימּוֹת  
הַחֲמֵם וְגַם אַחֲרֵי כֵּן אֲשֶׁר יִבָּאוּ בְּנֵי הָאֱלֹהִים אֶל  
Gigantes, inquit, fuerunt in ter-  
ra in diebus illis, cum scilicet filii DEI congrederentur cum filia-  
bus hominum, quorum deinde adhuc major extitit numerus.  
Fuerunt enim Gigantes וְגַם אַחֲרֵי כֵּן Et etiam postea, quam  
ingressi sunt filii DEI ad filias hominum, & genuerunt eis.

At vero, quemadmodum nulla bucca est tam defor-  
mis, quin suos inveniat basiatores: similiter Gigantea hæc Dæ-  
monum generatio, suos naœta ex Neotericis defensores est,  
quam facile concederent, qui cum Judæis & Platonicis Elemen-  
tare quoddam Corpus Dæmonibus tribuunt, terrenas Volupta-  
tes amans & libidines, ut voluit H. Cornelius Agrippa.\* Et G. Pi-  
ctorius Vigillanus, expresse dicit, Dæmones revera cum Mulie-  
ribus rem habere, habere genitalia, & semine fœundos esse. Sed tem in resol.  
iste error pridem explosus. Quare subtilius ad vim magicam  
conjugit Franciscus Vallesius \*\*, & Gigantes illos, quorum Scri-  
ptura meminit, ex Dæmonibus Incubis & Succubis procreat, 497.  
fusius probare nititur. Illud vero quæ accidat ratione, videat, \*\* lib. de  
quisquis velit, in ipsius Philosophia Sacra, collata cum Martini  
Delrionis Disquisitionibus †, qui Vallesii opinionem quoad Scri-  
pturæ illos Gigantes erroneam vocat, utpote a Theologis impro-  
batam, nihil tamen hoc Dæmonis impugnare Potentia inquit, &  
industriæ. Nos habita temporis ratione, addo & ætatis, luben-  
tes ea præterius, ne delectari hoc scriptiorum genere videamus.  
Sed nec meminisse ejus multum interest, qui Giganteum ex Dæ-  
monum cum hominibus coitu partum simpliciter negamus; Si  
tamen ad illorum respiciamus & scelera, & necesse, & Superbiam,  
& omnis generis vitia, Diaboli filios non inconvenienter, ad  
Salvatoris exemplum, † dixerimus. Quam in rem memini me  
aliquando Professoris cuiusdam Argentinensis, & nisi fallor CL,  
Scheidii Epigramma legere: id quoniam mihi forte memorie a-  
derat, adscripti:

Per multi Veterum genios docuere Gigantum  
Patres, qui Physice non docuere, quod est.

D

Ethice

Joan. 8. v. 44.

\* 1. 3. de oc-  
ulta Philol.

c. 19.

† in resol.

quest. an Sa-

gæ igne da-

mnandæ p.

164 165.

lib. 1. q. 15. p.

164 165.

37.

5

4

4

4

Ethice at haud falsum statuerunt. Namque Gigantum:  
 Pessima gens genii est generata malis.  
 Qualis adhuc hodie, quisquis necibus ve dolive  
 Deditus est, fetus Demonis ille mali est.

## CAP. V.

Gigantum Definitio. Num monstra sint? *Diviso*, quæ a nonnullis adfertur, impugnatur. Gigantum Causæ, *Efficiens*. Universalis DEus & influxus Astrorum quomodo dicendi? Particularis remota. Parentes: propinqua aberratio naturæ. Quantum situm in formatione fetus? *Imaginationis* quanta vis? *Materias*. Somnium Talmudistarum de Goliathi Parentibus. Quæ *Forma* Gigantum? Qui *fines*? Connimbricenses refelluntur.

**S**atis errorum haec tenus, satis etiam fabularum fuit, redemus tandem e diverticulo ad regiam veritatis viam, a qua ne ipsi deflectamus, danda erit, eoque major opera, quo pauciores heic nobis prævios habemus. Definimus itaque Gigantes in hunc modum: **GIGANTES SUNT MONSTRA HUMANA COMMUNEM TOTIUS CORPORIS QUANTITATEM EXCEDENTIA.** In qua Definitione & *Efficiens* Causa, & Materialis, & Formalis continentur. Illas complectitur Genus, hanc Differentia. Cum enim Generis loco Monstra humana diximus, intelleximus partim Materiam in qua, sive subjectum cui ista Giganteitas inest, partim Efficientem, cum remotam voce HUMANAM comprehensam, sum propinquam, quæ est aberratio Naturæ, & indicatur nomine **MONSTRORUM**, quidpe quæ a Natura aberrante producuntur. Quæ omnia claruis patecent, si Causas has Gigantū ordine consideraverimus, cum juxta tritam Hebræorum Regulam **כָּל הַדְּרוּת דֵּין בִּירֻעַת הַסִּבּוֹת** Omnis cognitio sit per cerasarum cognitionem. Sed ante omnia removenda est objectio, qua Genus illud angustius suo Definito dici ex illorum mente posset, qui non omnes Gigantes pro Monstris habendos censerent. Dicunt enim, duas dari

dari Gigantum species, vel enim Populos esse, vel Monstra: quasi  
 Populi illi in aliqua Provincia propter nimiam terræ fecunditatem  
 generati non debeant censeri Monstra, quia non sicut præter Naturæ leges; sed juxta eas, cum Gigas Gigantem, Parentes  
 sibi similem prolem generarint. At nihil obstat, quo minus illos etiam Populos Monstra dicas. Si Gigas Gigantem producit, & Gigantei parentes liberos Giganteos procreant, prodeunt ex Monstris Monstra, & tamdiu talia manent, donec iterum  
 pristina Statura restituatur in posteris. Etenim necesse illud est, ut concedatur, primos hujusmodi generis Parentes, cum a communis staturæ hominibus profecti sint, Monstra fuisse. Non igitur ad hujus vel illius Provinciarum consuetudinem attendum, sed ad universam naturam. Jam autem sic constitutum est a Natura, ut hominis Statura septem pedibus non sit major, ut M. Varro testatur apud Agellium,\* & Julius Solinus, † & qui de Corporis humani proportione & mensura integrum Caput in occulta Philosophia \*\* reliquit, H. Corn. Agrippa. Hanc ubi insigniter excedit homo, id quod in omnibus Gigantibus accidit, aberrat Natura, & profert aliud, quam intendebat, eundemque ad Monstrorum reponit classem, sit licet a simili genito Parente, & omnes præterea in ista Regione sibi similes videat. Quæcum ita sint, eodem utrique habendi loco, & easdem agnoscunt utriusque Causas,

† Jo. a Mey.  
en Phys.  
Sacr. part. I.  
cap. 4 p. 171.  
Tolterus lib.  
2 c. 9. quæst.  
13. pag. 75.  
Ruvio lib. 2.  
Phys. c. 9.  
P. 283.

\* lib. 3. Noct.  
Att. c. 10.  
† cap. 3. me-  
morab. p. 188  
\*\* lib. 2. c. 27.  
P. 190. seqq.

CAUSA EFFICIENS alias est vel Universalis, vel Particularis. Illa iterum vel simpliciter talis, vel secundum quid: harum una Deus, altera astrorum influxus & operatio. Deus autem non effective, sed permissive saltim ad Gigantum, tanquam Monstrorum, concurrere productionem dicendus. Aberrat tunc enim Natura; At Deus in agendo nunquam errat. Interim sepe ad particularium Causarum captum accommodat, alias ad finem, quem constituit, promovendo, alias pro ipsarum imbecilitate aberrare a fine permittendo, quæ tamen omnia, dum omnium rerum videt Eventus, ineffabili sua sapientia optime disponit. Astris vero sua vis & efficacia haud deneganda, ut ut immediate in Corpora naturalia non influant, aut hunc vel illum

<sup>t</sup>Cent. i. Ob  
serv. Medico  
physic. obf.

effectum particulariter determinent. Quia in parte probare haud possumus Petri Borelli sententiam, † qui peculiarem vim astrorum in Gigante quondam prope Mausum de Verdum in villa D. Magis nato incusatbat. Quorsum etiam trahi Aben Ezra posset, cuius in præcedente Capite aliqua adduximus verba, nunc autem reliqua huc facientia subjungimus.

והוֹשֵׁר בְּעִינֵי: לְהֹוֹרֶת בְּנֵי הַאֲלֹהִים הַוּרָעִים וְעַדְתָּ עַלְיָן כְּחָרוֹ לְהַמְּנִסְתָּרִים שְׁהִוָּתָה מֻרְכָּת שְׁמִים כְּלִי אֶחָת גְּמַשְׁלָתָה לְכָל אֶחָד וְתַהֲלוֹת כְּתָולֹת עַל כָּן יָצָא מִהְסָבֶגֶת גְּבוּיָה וַיַּהֲכֵן שְׁלָקְחוּ הַנְּשִׁים גַם בְּחַזְקָה:

*Mibi, inquit, videtur, per Filios DEI intelligi: Astronomie peritos. Hi elegerunt sibi uxores quamcunque sibi quisque optime convenire, & sua similem generationi, ex dispositione Cœli & constellazione cognoverat. Propterea ex illis prodierunt Gigantes. Caterum, non improbabile videtur, etiam invitas illas ad se uxores rapuisse. Porro Efficiens Particularis itidem gemina. Remota altera, altera propinqua: ad istam Agentem referimus, ad hanc Aberrationem Naturæ. Agens vero est uterque Parens subolis intendens procreationem, verus uterque homo, non specie alter ab altero diversi. Quod ideo notanter addimus, ne quis Daemonis cum homine superius memoratum, aut hominis cum bellua nefandum coitum intelligat. Noverunt siquidem Gigantes, eorumque cum Patres tum Matres multi, qui Gigantum texuerunt historiam.\* A Parentibus ergo aberratio Naturæ dependet, quæ tamen quomodo, qualiterve accidat, determinari certo non potest. Varia enim Agentis virtus, nunc debilior, nunc robustior, illo modo imminuantur corpora in Generatione, hoc justo plus augentur. Maximum tamen in fœtus in Utero formatione momenti situm est, ubi si commissus error, nequit postmodum ullo modo corrigi, ut docet Daniel Sennertus in li-*

*tblib. 4. Praef. bro de Mulierum Morbis. † Verba Viri memoratu sunt digna: Medic. part. Varii errores, inquit, interdum in conformatione accident. 2. Sect. 4. c. Evenit enim nonnunquam, ut pumili & pygmæorum quasi statuta homines inveniantur, alii contra Giganteam quasi proceritatem*

\* vid. P. Bozell. loc. cit. & D. Augustin. lib. 15. de Civ. DEi, c. 23.

7. p. 311.

tatem habeant. Quam staturam et si in Utero non accipiant, tamen in utero eam delineationem membrorum acceperunt, quæ ad hanc figuram acquirendam apta est, ut, quacunque etiam cura alantur, nec grandiores, nec minores evadere possint. Hæc ille. Præterea frigidius corporum temperamentum addimus. & quæ non exiguae fœtui notas imprimit. Imaginationem gravidæ Matri vel terrorem, vel admirationem, vel metum, aut simile quid incutientem. Sane tanta hujus vis est, ut Mulieres deformese pulchrarum picturarum inspectione prolem formam edant, quale exemplum de quadam Æthiopia Regina legitur, quæ inter Mariti complexus oculos in Veneris imaginem adeo defixerit, ut præter illius gentis consuetudinem elegantis formæ, & nivei coloris infantem pepererit.

MATERIA duplex, In qua, & Ex qua. Illa est Homo, sive Mas, sive Fœmina, monstrata ejusmodi Corporis mole superbens. Hæc eadem quidem, quæ reliquorum est hominum; utробique tamen copiosior & spirituosior, ex qua talis delineari fœtus potest, qui postea accidente nutrimento commodo & abundante in immensum crescat. Quæ causa forte Talmudistas eodem dementiæ adduxit, ut Goliathum Philistæum כָּר מְאֹד פְּנִים נְאָנָה Centum Aauterorum, & unus Mariti filium dixerint. Non enim sibi imaginari potuerunt, tantæ molis hominem ab uno parente generari potuisse, sed necessarium fuisse, materiam a Centum Viris suppeditatam, prout in Medrasch Ruth Zennorennæ \* affixò, & in antiquiori illo Medrasch Ruth rabba, † atque Talmudis Babylonici Masleches Southa, \*\* ridicule admodum hæc fabula, qua nihil absurdius, recensetur.

FORMA vel interna est, vel externa. Illam communem habent Gigantes cū omnibus hominib⁹. Nec enim, cum homines re vera sint rationalis anima deneganda illis. Hæc est Excessus ille communis quantitatis totius Corporis, qui solus constituit Gigantem, & sine quo Gigas dicendus, nemo est. Necesse igitur, ut I. Gigas consideretur ratione quantitatis, & quantitatis quidē totius corporis. Potest enim pars aliqua insigniter excedere, v.g. Caput unde Megalocephali; nec tñ. propterea Gigas quispiam

D 3

crit.

\* fol. 1, 4. col.

† Parash. 2.

fol. 43. col. 3.

\*\* cap. 8. fol.

42. vid. Beth.

Israël. part.

2 fol. 74. col.

3.

5

4

4



crit. II. Ut consideretur non simpliciter, sed in relatione ad alium hominem; hinc additur notanter: Excessus COMMUNIS quantitatis: & sic Statura Gigantis cum communi statura hominum conferenda. Giganteæ vero hujus staturæ nequit certa mensura determinari, major siquidem alia, alia minor: sufficit, ut consuetam hominis longitudinem, & proportionem, quam usq; ad septem pedes extendi diximus, insigniter excedat. Sic Ogi statura (de qua Talmudistarum somnia ex Massech. Berachoth

<sup>T</sup>passim ob- & Nidda referre † putet,) duplo fuit major reliquorum statura via. vid. Jul. hominum; ut suo nixus fundamento docet Doctissimus Moses Conr. Otto Majemonides\*, qui solus desit inter Judæos nugari. Similes lib. 3. gal. Ra- huic propemodum statura essent portarum custodes in Regia zia, c. 8. Urbe Jaquin, quos Melchior Nunez XV. pedum scribit, & cuius- G.H. Vorsti. modi Sinarum Rex quingentos sui Corporis custodes alat. Non ad c. 16. Pir- desunt, qui quinquaginta cubitorum, & amplius longitudinis ke Eliez. p. Gigantes recenseant, id quod excedere fidem una cum statura 168. videtur.

Hier. a San-  
cta Fide, lib.

2. Hebreo-

maist. c. 4. p.

Gv. Schi-

Kardus Be-

thi. hap-

per p. 120.

171. aliique

plures.

†part. 2. Mor.

Neyoch. c. 47

p. 325.

\*lib. 2. Phy-

sic. c. 9. q. 6.

art. 2 p. 439.

Denique non omittenda CAUSA FINALIS, quæ vel Generalis, vel Specialis. Generalis est Gloria DEI, ejusq; mirabiliter hæc omnia disponentis agnitus. Specialem vero in se ac sua Natura Gigantes non agnoscunt, aberrant enim Natura in illorum productione, nec Gigantem unquam intendit, unde nec intendit finem. Quatenus tamen a superiori Agente, h. e. DEO ordinatur, eatenus varius est ille finis soli DEI adcuratissime tunc notus, v. g. pœnas justas hominibus irrogare, partim illis, quibus Monstrosus ille fœtus forte ob libidinem, & Venerem inordinatam nascitur: partim aliis, quorum malitia per vastos ejusmodi homines, tanquam Servos & ministros DEI, prout interdum bestiis utitur, punienda: item superbis & Elatis lapsum protoplastorum in memoriam revocare, cui debetur hæc Monstrosa moles, & alia id genus. Minime vero huc trahenda hujus mundi perfectio, qunam de Monstris prædicant Connimbricenses\*, quasi ea, quæ fœda sunt, ad Universitatis decorem & Elegantiam faciant eo modo, quo lucis gratiam obscuritas commendat, & opposita juxta se posita elucent clarius. Elucent utiq; at sensuum

senuum judicio, & rationis, non alterum tamen alteri re ipsa quid confert. Et nunquam profecto, si in innocentia atq; integritatis statu mansisset homo, humana ejusmodi monstræ prodierunt, nec unquam fuissent Gigantes nascituri, & nihil minus sua pulchritudo, suus decor, sua perfectio Mundo constitisset.

## CAPUT VI.

Gigantum Effectus, Adjacentia, Cognata, Contraria. Venia petitur & subjiciuntur pro more quædam Corollaria.

**A**bsolvenda in hoc Capite, quæ de Gigantibus restant, Effectus, Adjacentia, Cognata, Contraria; quæ primis saltim lineis adumb abimus, quoniam hec finem imperat prelum.

**EFFECTVS** igitur vel fabulosi sunt vel veri. Ad illos pertinet Gigantomachia, cuius in Secundo Capite fecimus mentionem, quando pugnasse cum Diis dicuntur, & Saxa ingentia in eosdem jaculati, quorum illa, quæ in mare deciderint, mutata sint in Insulas, quæ in terram, in montes &c. Hi variis esse possunt: potiores sunt Contemptus DEI, pauperum oppressio, & omnis generis scelera, quæ in ante diluvianis potissimum notata primaria CATACLYSMI causa fuerunt. Sic, cum adeo & corpore sint valentes, & potentes robore, affectant Dominium, bella aliis inferunt, & maximum ubiq; de se TIMOREM & METUM injiciunt.

**ADJACENTIA** sunt Robur, Scientia & Potentia bellica, superbia, inhumanitas & Crudelitas, & alia id genus, quæ in Goliatho toti se Israëli opponente conspicua fuerunt, occiso tamen a Davide tandem. Sic de Ænothero gigante ex Durgia pago Svevia orto Historiæ ferunt, notante Philippo Camerario in horis succisivis\*, quod sub Karolo Magno militans hostes in modum sceni demetere, atq; in morem avicularum hasta veluti cuspidi fixos, humeris suspendere consvererit. Quin etiam de veteribus Promontori Delthelenæ incolis gigantibus narrat eadem Levi- bus Peruvius Appollonius †, quod virorum quatuor longitudinem exæ- quantes

\*Cent. i.c. 82  
p. 414.  
†lib. i. de re-

p. 19. col. 2.

DE GEGANTIBUS

50 quantes, dirum, atrox, in deos hominesq; superbum ac contumax hominum genus fuerint, ab egestate item, crudelitateq; immanes adeo, & truculenti, ut praeter captas balænas, & aliam marinorum venationum prædam raptos accolas infatiandis fauibus devorarint.

COGNATA sunt Regiae magnitudinis homines, minime inter Gigantes numerandi, quidpe quibus decori magis, quam dedecori majuscula ista statura est. Nec enim Gigantes sunt censendi, nisi qui insigniter communè quantitatem excedunt hominem. Hujusmodi Regia, quam dixi, proceritate Heroas omnes fuisse, uno Tydeo excepto, apud Philostratum legitur\*: Eapropter in Tragediis cothurno histriones utebantur, ut ejus accessione Heroum magnitudinem aquarent. Unde HEROAM vocavimus, cum eam supra tribueremus Adamo.

CONTRARII tandem Gigantibus sunt Pumiliones, quos † lib. 19. noꝝ.  
Attic. c. 13. Græci νᾶις dicebant docente Apollinari Sulpicio apud A. Gellium†, hoc est, brevi atq; humili corpore homines paullum supra terram exstantes. Quemadmodum enim illi quantitatis ratione peccant in excessu, ita isti in defectu; ut alio tempore ostendemus, peculiarem, Volente DOMINO, Diatribam Pygmæis dicturi, si alteram pro Loco Dissertationem Amplissimus Philosophorum Ordo nobis concesserit. Interea præsentibus contentus, quicunq; nobis continges Lector, boni consules hæc minus adcurate elaborata, quæ inter tot impedimenta haud rara Nundinarum diebus, sæpe animo a studiis alieno lcripsimus, pene ut nosmet ipsos jam nostri pudeat. Multa poterat addi, quæ de industria omissimus: plura immutari; hoc tamen Typi negabant, quibus, ut primum aliquid in schedas effusum, tradendum erat. Quod spero abunde conciliabit veniam. Nec enim differre diutius hunc laborem, aut transilire præscripta nobis spatia voluius, ne in illorum deveniamus censem, quicum per multos dies magno molimine aliquid extuderunt, vitavisse potius reprehensionem, quam meruisse laudem videntur, quarum uti hanc non affectamus, ita nec illam extimescimus. Nunc autem nonnulla subjiciemus Corollaria, quæ Philosophorum statuta imperant. I. Relatio non statim importat Relatorum unionem. II. Vi stuprata Castitatem retinet. III. Apella non est Judæorum Epitheton, quod Poësis probat. IV. Sphære reales Tironi concedenda.

F I N I S.













Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn788764829/phys\\_0049](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788764829/phys_0049)

DFG





### XXXIX.

vt et ex superiorib. testimonij luc  
et S. Sancti diuinitas probatur, &  
tum Latinae hymni & precationes

### XL.

in diuinitatem & maiestatem Spi-  
ri seipso, sed à Patre & Filio habe-

### XLI.

e, vel generatione, sed processione.

### XLII.

em illam κατ ἀρχὴν de diuinita-  
tiam tamen dīs dīa πατεῖν quod aiunt, dif-

### XLIII.

processio sive exitus alterius ab alte-  
ad locum & personam efficit: hæc  
individuam constituit, tamen in ea-  
t.

### XLIII.

logi ad differentiam humanae proces-  
sionis appellarunt.

### XLV.

im aperte persona S. Sancti à patre  
Rogabo Patrem & alium paracle-  
maneat vobiscum in æternum, Spir-  
itum

B

tum